

Cap. LIII. Rubrica de forma sacramenti fabricorum.

Iurabunt fabri artem suam legaliter exercere, et ferrum quod
eis dabitur sine fraude legaliter custodire et bona fide in
operam ponere in favorem illius a quo habebunt,¹⁾ et tenean- 5
83 B tur // solferare quamlibet sappam, et facere quamlibet sappam
veterem cum ferro domini a quo habuerint, pro quatuor sold.
par. cum licofflo, et recipere pro factura sappe nove, cum ferro
domini a quo habueri[n]t, duos gross. pro qualibet cum licofflo.
¶ Item pro opere forensium non negare facere opus civium, 10
cum fuerint requisiti, et predicta observare sacramento infra
octo dies postquam aliquod laborerium in eorum manibus per-
venerit. ¶ Item accipere pro temperatura cuiuslibet sappe
unum par. tantum et non plus, etiam pena decem sold. par.
pro qualibet sappa, et quilibet accusare possit et teneatur con- 15
trafatientes, et sibi credatur cum sacramento. ¶ Item non
recusare temperare aliquam sappam eis presentatam, etiam
pena decem sold. par., et si receperint plus quam ut supra
dictum est, solvant penam predictam in quolibet supradicto-
rum capitulorum contrafacto, et nichilominus restituant su- 20
perfluum domino rei.

Cap. LIIII. De forma sacramenti sartorum.
R. c. a.

Iurabunt sartores legaliter exercere artem suam et citius
quam poterint expedire et conplere laborerium quod ab 25
aliqua persona habuerint vel haberent, et non dimittere opus
civium pro forense. ¶ Et si fuerint requisiti ab aliqua per-
sona emere pro ipsa aliquem pannum, sibi bona fide consulere,
et etiam si fuerint requisiti ab aliqua persona incidere aliquos
pannos, bona fide quam citius poterit ire, et totum residuum 30
84 A sive²⁾ redon- // daduram, quod remanserit de incisuris et sbo-
chaturis vestium sive clamidum pelium duploidum vel alia-

¹⁾ *habebit.*

²⁾ *Aggiunta marginale.*